

Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

Exaltatio S. Crvcis. 14. Septembris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

EPT.
es in-
as pe-
jum
Sept.
diola-
s, vitz
oc &
con-
o suo
capiti
Mitto
s, qui
inum
turus
Dum
ulm
um-
ce,
cato,
n cō-
ecum
non
es a-
m se
colit
Iam
pā à
dicio
ue
e,
missa
uero

14. SEPT. Vita Sanctorum, 503
puero à Deo vita, redditum tandem per-
suaserunt. Nempe primò omnium ad
tumulum est itum, ubi unà Divus à
precibus & puer à morte surrexit infu-
læ etiam hæres M A V R I L II, cuius
ultima moribundi ad astantes illa vox
perhibetur, cogitarent, quas gererent a-
nimæ, pretioso ali⁹ nimium lytro, Christi
sanguine emptas esse. O juventus Par-
thenia, etiam tu animo hæc volve-
res! Tantillo animas non venderes.
Ex Surio.

EXALTATIO S. CRVCIS.
14. Septembris.

SI minùs bellare feliciter, certè præ-
sdari novit C O S R H O A S , qui
cum captain toties Hierosolymam ipse
etiam cepisset, prædam nimium quan-
tum magnam Crucem Servatoris in
Persidem asportavit. Doluit Christianus
Imp. Heraclius spolia hæc Chri-
stianis detracta esse, & cælo auctore
armis commune omnibus Christianis
dedecus aggressus abolere, ternas co-
pias C O S R H O A S totidemque Du-
ces felici Marte devicit, fortissimè
Christianis utpote pro signis suis di-
micantibus. COSRHOAS dum fugâ
Tigrim trajicit, socium regni filium
minorem Mardesam sibi adsciscit. Id
maximus natu Syroes impatienter fe-
rens gemino parricidio & fratrem &
paren-

504 *Vita Sanctorum.* 15. SEPT.
parentem sustulit, pactusque regnum
cum Heraclio pro cruce est stultissimus
mercator. Hanc porro Heraclius cum
imperorio habitu fulgens eò ferre
vellet, quò primò Servator tulerat, nec
tamen, occultā vi gradum morante,
progredi jam posset, monuit Presul Za-
charias fastum poneret & aurum nimis
animo onerosum ; nescire crucem
purpuram, nisi quæ de Christi sanguine
ruberet, sed neque coronam nosse,
quàm spinæ non ornarent. Aliter ergo
triumphantum sibi esse intelligens He-
raclius, nudus pedes & plebejam togam
indutus facile jam pedem promovi-
vit, & sublimem crucem loco suo &
honori restituit. Hæc EXALTATÆ
CRVCIS festa initia ajunt. Nego ego,
& cùm bonâ pace Heraclii, ea Christo
primitus adscribo. Ex Brev. & Baron.

S. AICHARDVS ABBAS.
15. Septembris.

Ingens duellum matrem inter & pa-
rem felicissimè AICHARDVS
sustulit. Dum enim hic militiæ, illa
Deo devotum vellet filium, hic pul-
chra litis arbiter, ut ex æquo rem com-
poneret, utrumque præstítit, & ad mi-
litiam abiit, sed religiosam & DEO
sacram. In hâc cùm egregiè diu adver-
sus Orcum depugnasset, & in fundo
paterno victori VIRGINI ædem,
hoc